



D.<sup>NR</sup> D.<sup>NR</sup>

BLASII ALTIMARI  
ADVOCATI NEAPOLITANI  
P RÆSTANTISSIMI

D E

N U L L I T A T I B U S  
T R A C T A T U S  
A B S O L U T I S S I M I  
E T  
V E R E A U R E I .  
T O M I P R I M I  
P A R S I I .



D. BLASII  
ALTI MARI  
JC PRÆSTANTISSIMI  
TRACTATUS

<sup>DE</sup>  
**NULLITATIBUS**  
SENTENTIARUM, DECRETORUM,  
LAUDORUM, ARBITRAMENTORUM,  
*ET QUORUMCUNQUE ACTUUM JUDICIALIUM,*  
**PARS SECUNDA,**  
OPUS UTRIQUE FORO ACCOMMODATISSIMUM, GEMINO  
locupletatum Indice, Priori Rubricarum & Questionum in iis con-  
tentarum, Posteriori verò Materiarum Notabilium  
Alphabetico ordine digesto.

EDITIO IN GERMANIA PRIMA, ITALICA  
*auctior & venustior, diu desiderata.*

IN SIGNE  
Libere et Imperiali Consuetus  
Coloniae Agrippinae.



*Regia Sanctorum triplicis sic urbe Corona.  
Arglo: D'argoreum fulget in nobe ducas.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,  
Sumptib. JUSTI MAXIMILIANI FROHN, J. U. D.  
& Advocati Colonienfis. A. 1698.  
Cum Gratia & Privilio Sac. Casarca Majestatis.



# INDEX OMNIUM RUBRICARUM ET QUÆSTIONUM,

Quæ in Parte Secunda Tractatus *Dni. BLASII ALTIMARI*  
*DE NULLITATIBUS* continentur.

## RUBRICA DECIMA.

*De Nullitate ex defectu Jurisdictionis  
Delegata.*



Quæst. 214. op. Rubr. 1.  
Quid sit Jurisdiction delegata, & qui sunt  
judices ordinarii in  
Curia Romana, in  
Sicilia, & alibi? & alia ad materiam.  
pag. 1

Quæst. 215. op. Rubr. 2. Modus pro-  
cedendi dispensativo modo, seu  
ex abrupto, quis sit, & in quibus  
locis exerceatur, & in quibus  
causis Tribunalia Neapolitana  
in procedant ut delegata? p. 8

Quæst. 216. op. Rubr. 3. Potestas pro-  
cedendi ex abrupto, an, & quan-  
do censatur data privative, vel  
cumulative, & quid in jurisdi-  
ctione? p. 10

Quæst. 217. Op. Rubr. 4. Delegatus  
an & quando possit subdelega-  
re? p. 13

N.B. Typographum, vel illius Praefatum peccasse  
in designando Numero precedens quæ-  
stionis 217. per excessum unius numeri in  
typo hujus Operis, & sic perresisse in se-  
quentibus, usque ad Quæst. 256. unde ob-  
servetur illius iusta correctio hic in Indice  
facta.

PARS II.

Quæst. 218. Op. Rubr. 5. De Poteſta-  
te Delegantis, & an & quando  
expiret ejus auctoritas? p. 18

Quæst. 219. Op. Rubr. 6. De persona,  
cui potest delegari, & de impe-  
dimentis, quibus Judex esse non  
possit? p. 21

Quæst. 220. Op. Rubr. 7. Quænam  
alii personæ Judices esse non  
possint? p. 27

Quæst. 221. Op. Rubr. 8. Delegatio  
causarum, an & quando tranſe-  
at in successorem? p. 34

Quæst. 222. Op. rubr. 9. Concessa ju-  
risdictione seu officio Titio post  
mortem Caji, an censatur con-  
cessum, si vacaverit per remo-  
tionem Caji, vel alio modo?  
p. 38

Quæst. 223. Op. rubr. 10. Fœminæ  
an & quando possint esse Judi-  
ces & arbitrae & arbitratrices,  
servi, monachi, bastardi, electi  
ad instantiam alterius, & mili-  
tes? p. 39

Quæst. 224. Op. rubr. 11. Index an  
esse debet Utriusque Juris Do-  
ctor, & sic sententia lata ab eo,  
qui non est doctor, sit valida?

p. 42  
§ 3  
Q. 225.



# TRACTATUS DE NULLITATIBUS

P A R S II.

## R V B R I C A X.

De Nullitate ex defectu Iurisdictionis Delegatae.

### Q U A E S T I O   C C X I V .

Quid sit Iurisdictionis delegata , & qui sunt Iudices ordinarii in Curia Romana & Sicilia , & alibi , & alia ad materiam.

#### S U M M A R I U M .

1. *Debilior , & strictior est jurisdictionis delegata , quam ordinaria .*
2. *Quid sit Jurisdictionis delegata ?*
3. *Primo videndum est , an quis habeat delegationem & num. 4.*
4. *Est videndum quis deleget , & n. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
5. *Quae Tribunalia sunt in Romana Curia , & in Sicilia ? & n. 14. ad n. 67.*



Diximus de Jurisdictione ordinaria , restabat ut diceremus de Jurisdictione delegata , de qua hic agemus . Et quia est longè debilior , & strictior , & minus favorabilis delegata , quam ordinaria jurisdictionis Arch. in cap. si quis Episcoput 2. qu. 6. Alex. in rub. ff. de offic. ejus Cancer. var. par. 2. cap. 2. n. 195. Guazzin. defens. 1. cap. 1. n. 10. Campan. de foro iudic. ref. 13. num. 2. in fine Maranta in spec. par. 4. dist. 5. cum sit odiosa , & restringenda cap. P. & G. de off. deleg. ubi gl. & DD. gl. in cap. 1. de rescript. in 6. Amat. refol. 8. num. 4. & ref. 39. n. 11. Parexa de instr. edit. tit 2. ref. 1. n. 8. Ricc. der. 155. p. 2. licet in causa sibi commissa delegatus sit major ordinario Barbos in repert. verb. *delegatus*.

Ideò omnia , per quæ diximus ordinarii judicis sententiam ex defectu potestatis suæ , impugnari posse , à fortiori convenire jurisdictioni delegatae , & proinde ex eisdem sententia judicis delegati invalidari potest.

PARS II.

2. Jurisdictionis delegata seu mandata est causæ notio , quæ alieno mandantis beneficio exercetur l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus. Obrecht. de Jurisd. lib. 3. cap. 1. num. 4. & lib. 1. cap. 9. num. 5. & seqq. Maranta in spec. par. 4. dist. 5. num. 4. Nicol. Bello. lib. 1. suprad. jur. cap. 11. diximus que. 3. num. 25. & seqq. rub. 9.

3. Imprimis querere oportet , numquid legitime constet de potestate ipsi delegato tradita , quia sine ea frustra judicaret rap. cum in jure de officio. deleg. & ante omnia probanda est gl. in cap. si forte verb. scientie ac etell. in 6. Abb. in cap. postquam num. 2. de elect. Card. inc. 1. col. 1. de scrutin. faciend. Dec. conf. 122. à n. 16. Mascard. de probat. conclus. 946. num. 3. Pacian. de probat. cap. 43. num. 35. Menoch. de pref. 14. num. 9. Parexa de instru. edit. tom. 1. tit. 2. refol. 1. num. 12. & seqq. & ref. 2. n. 10. & seqq.

4. Si vero apparuerit per rescriptum , vel alias de jurisdictione demandata , ac facta delegatione , apparuerit (dixi: per rescriptum , vel alias , nam per originalia documenta regulariter jurisdictione probanda est , ut diximus in rub. anteced. & probat Parexa dict. tit. 2. refol. 1. n. 15. & seqq. & refol. 2. & seqq.) erit advertendum , numquid per delegationem hujusmodi in delegatum aliqua cunctaciter fuerit translata potestas , nam considerandum est , quis delegaverit , cui sit facta delegatio , quid fuerit delegatum , pro quo fuerit facta delegatio , contra quem fuerit facta delegatio , qualiter fuerit facta , & quibus loco , & tempore . De his omnibus late agemus .

5. Circa primum *Quis deleget* est considerandum numquid illa habuerit illam potestatem , quam alteri dedit , nam frustra daret , quod ipse non haberet , ut dicit text. in l. observare S. fin. ff. de offic. procons. l. traditio in princ. ff. d. acquir. rer. domin. l. nemo plus juris ff. de reg. juris. Surd. conf. 194. n. 17. & cons.

A

& cons.